Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift

antea iam pertractata sunt · Seqr marcus · Et cum transcendissent ihc in nau · rursus transfretum · convenit turba multa ad illum · & erat circa mare · & cetera usq; ad illud ubi ait · & ecce venientes apli ad iha · renuntiaverunt illi omnia que egerant · & docuerant · Hoc ultimum dixit eu luca · in nichilo discordans · Cetera iam tractata sunt · Seqr mare · Et ait illis · Venite seorsum in desertum locum · & requescite pusillum · & cetera usq; ad illud ubi ait · quanto autem eis precipiebat · tanto magis plus predicabant · & eo amplius admirabantur dicentes · bene omnia fecit · & surdos fecit audire · & mutos loqui · Nubis cum luca mare nichil est quod repugnare videatur · Et supiora omnia iam consideravimus · qui eos matheo conferebamus · Sed cavendum est · neqsquam arbitretur hoc quod in multimo ex evangelio marci posui · repugnare omnibus · quem alius ei plerisq; factis & dictis ostendunt scisse quid ageretur in hominib · idest quod eum cogitationes & voluntates eorum latere non potuerant · sicut apertissime iohannes dicit · Ipse enim ihc non credebat semetipsum eis · eo quod ipse nosset omnes · & quia opus ei non erat ut quis testimonium phiberet de homine · ipse enim sciebat quid esset in homine · Sed quid mirum si presentes hominum voluntates videbat · qui etiam futuram petro pnuntiavit · quam tunc utiq; non habebat · quando pullo vel cum illo paratum semori psumebat · Quae cum ita sint · quomodo huic eius tante scientie & prescientie non est contrarium quod mare dicit · precepit illis ne cui dicerent · quanto autem eis pcipiebat tanto magis pl pdicabant · Si enim sciebat eos sicut ille qui notas habebat & psentes & futuras hominum voluntates · tanto magis predica